Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

et facilis est. Sicut Salomon fecit
querere tales vermiculos et sanguine
illorum linivit lapides et mollifica
ti sunt per lapidem qui est frigidus
durus et infructuosus intelligitur du
rum cor quod non potest mollificari propter di
gnitates nec potest in celestem amorem dei
et proximi. Talis debet accipere sanguinem
albi vermiculi id est Christi qui dicit Ego
sum vermis et non homo quia paciens fuit
et debet linire super cor suum id est cogitare
quanta Christus passus est et sic mollifi
cabitur cor suum. ¶ Tercius effectus sanguinis
est quod animat. Est enim exemplum naturale
quia sanguinis aspectus animat. Sic legitur
in primo Machabeorum de elephantibus quibus
cum deberent ire ad prelium ostendebatur
sanguis uve et mori et sic animabantur
et sic et animat sanguis Christi qui ani ^ad pluri
mat enim fideles cogitantes passionem
Christi contra omnia vicia et peccata ani
mat. Dicitur exemplum de monacho tur
bato ergo ostendit puer crucifixum.
Unde Gregorius Si passio Christi ad memoriam
reducatur et cetera ^n'e q n̄ eq aio to leretur ¶ Quartus effectus sangui
nis est quod pacificat et reconciliat
sic et sanguis Christi. Unde apostolus pacificans
nos per sanguinem deo patri. Ante pas
sionem Christi nullus erat qui posset intrare
habere ad patrem sed ipse per passionem
suam reconciliavit homines deo patri
Unde Bernardus Si passio tua prime non
interpellavit salvus esse non potero
Rogemus dominum. De eodem

de eode

Tulerunt lapides iudei ut
iacerent in eum Ioh. Omnia
que Ihesus dicebat vel faciebat ad
nostram utilitatem intendebat Si enim
dicebat verba intendebat ad nostram
instructionem Si enim faciebat mira
cula ordinabat ea ad nostre fidei

Ioann: 8:

confirmationem Si prebebat exemplum intende
bat ad nostram instructionem Sic
patet hic quia dominus fugiendo iudeis
se absentavit dans nobis exemplum quod
nos similiter faciamus in verbis contra nos
missis Notandum duo. Primum est mag
na iudeorum malicia quia Christum voluerunt
lapidare. Secundum est magna paci
encia quia voluit abscondere. ¶ Circa cede
primum notandum est quod iudei Christum iiii^or
mortes pati voluerunt. Primo enim
volebant eum occidere cum esset parvulus
tempore Herodis. ¶ Secundo voluerunt eum
de quodam monte precipitare precipi
tare ut capite fracto moreretur
sic habetur Luce iiii°. ¶ Tercio volue
runt eum lapidare sic habetur hodie.
¶ Quarto voluerunt ipsum crucifigere sic
postea fecerunt. Istis iiii^or modis
multi Christum adhuc occidunt. ¶ Primo
occidunt eum cum adhuc est parvulus
multis qui de novo ad penitentiam conver
tuntur et ab illa penitentia se revocant
in cordibus talium Christus est parvulus
et occidunt eum in principio penitencie sue.
¶ Secundo precipitant eum et caput sibi
frangunt scilicet heretici. Nam sicut dicitur ad Cor.
Caput Christi est deus et quia heretici Christum
deum esse non credunt caput eius aufe
runt. ¶ Tercio qui lapidant eum qui nt
malas cogitationes habere non cessant
et malas voluntates. Quelibet
enim mala voluntas sive cogitatio
est unus lapis quem in Christum mittit
Unde Beda Quot quot enim malas cogi
taciones quis assumunt tot lapides
in Christum mittit. ¶ Quarto sunt qui Christum
crucifixerunt ut qui iterum ad peccatum
redeunt de quibus apostolus Rursus cru
cifigentes sibimetipsis filium dei. Se
cundo in Christo magna paciencia quia non